



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Orthographiae || Ratio

Manuzio, Aldo

Venetiis, 1566

[Text]

urn:nbn:de:hbz:466:1-13350

o c loco non uidetur silentio praetereundum, quod de Ai diphthongo hic scribitur, his uerbis. Η γὰρ δέ σαι μακρὰ ἐλάττων ἐστὶ τῆς φύσει μακρᾶς ἅπτε καὶ Α τὸ φύσει μακρὸν μείζον ἐστὶ τῆς Α διφθ' ἔγγου τῆς ἐχούσης τὸ Ι ἐκφονούμενον. ὁ γὰρ τριῶν ἔργον δύο σρατιωτῶν ἰσχυρότερός ἐστιν ἐκείνων. Quandoquidem uel hinc colligi potest, Aetate nostra, & maiorum, ab hinc annos octingentos, ac plus eo, perperam Diphthongos omnes, & pronuncitari, & pronunciatum esse, praeterquam Au, & Eu, apud Graecos. Nam apud Nos & illas perperam. Si enim I in Ai diphthongo ἐκφωνητέον, ut supra est scriptum, uidelicet A natura longum maius esse Ai diphthongo, quae I quod pronuncietur, habeat, perperam, ac barbaram eam nunc proferimus, cum E legimus. Nam & A & I in ea sonum habere suum debent confusum in unam syllabam, ut ab A incipias, & in I desinas, quemadmodum in Au & Eu diphthongis facimus. Praeterea, Diphthongos omnes proprias hoc modo pronunciantum esse, patet ipso nomine. Diphthongus enim dicitur, quod duos φθόγγους, hoc est sonos & uoces habeat. id quod & Terentianus ait, his Trochaicis

Porro vocalem secuta, uim tenet uocalium

Et sonos utrosque iungit, unde Diphthongos eas

Graeciae

*Graeciae dicunt magistri, quod duae iunctae simul
Syllabam sonant in unam, uiz. gemina praeditae*

At si *Ai E; Oi & Ei I; & Ou v*, legas
ut nunc barbare legimus, non diphthongos
sed monophthongos pronunciando facies
cum sonum utriusque, quae in diphthongo
propria est uocalis, iungere debeas in unam
syllabam. Nam *I* in *Oi* diphthongo pro-
pria *ἐκφωνούμενον* dicitur a Grammaticis: con-
tra *ἀνεκφώνητον* in Diphthongo impropria.
Atqui, si *Ai E* sonat, nec *A*; nec *I* profer-
tur. *Υ* etiam in *Ou* diphthongo *ἐκφωνούμενον*
quemadmodum in *Au* & in *Eu* diphthon-
gis, esse debet, ut ab *O* paruo incipias, &
desinas in *Υ*. Sonum autem *Ou* diphthon-
gi, idest *V*, ut nunc male pronūciamus, *Υ* uo-
calem apud antiquissimos habuisse, existimo
Signum est, quod nunc quoque, quod Grae-
ci *Δύο*, nos Duo dicimus; & quod Illi *Σῦς*, *Μῦς*
Θύλη, *Ρώμυλος*, Nos Sus, Mus, Thule, Romulus
dicimus; & alia id genus sexcenta. Eodem mo-
do *H* & *Ω* & *E* & *O* non recte pronun-
ciamus. Nam *H* & *E* proximum, ac pae-
ne eundem sonum habere debent, hoc est
E, ut *H* proferas clarius, & sub palato, *E*
uero minore sono in gutture. Exempli gra-
tia, ut *H* proferas ut *E*, Latine loquens, in
dictione, *Debes*. *E* uero, ut *ζ*, in dictio-
nibus hisce uulgaribus, *Che dice*, *Che pane*

man-

mangia, *Che uino beue*, cum barbare loque-
ris, ut nunc uulgus. Sic Ω magnum pro-
ferendum. ut in dictione *Bono*, cum Latine
nunc loquimur. Nam apud Antiquos
nostros O breue, & O longum non eun-
dem sonum habuisse, existimo; O uero par-
uum, ut O, in eadem dictione *Bono*; si, ut
uulgus, dixeris, E *bono homo*, & *mio ami-
co*. Sic eas litteras pronounciari debere, Teren-
tianus praecipit, cum dicit

Litteram namque E uidemus esse ad ηλα proxima

Sicut O &, Ω uidentur esse uicinae sibi

Temporum momenta distant, non soni natiuitas

H praeterea non I, sed E longum sonare debe-
re, ostendit etiam Eustathius, in Homerum
inquiens: Βῆ μιμητὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς

Idem. Βῆ βῆ φωνῆς προβάτων σημαντικόν. καὶ φέρεται
παρ' Αἰλίῳ Διονυσίῳ χῆσις Κρατίνου τοιαύτη. ὃ δ' ἠλί-
θιος ὡσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει. Oues ue-
ro non Vi Vi, ut nuuc Βῆ Βῆ barbare pro-
nunciamus, sed Be Be Balant; & est Balant,
pro, Belant, a Βη, mutatione H in A do-
lice, ut Μήτηρ, mater. Vnde & id colligimus
β sic pronounciandum, ut B apud Nos pro-
fertur, non ut V consonans, uel F digamma
Aeoli cum. Alpha igitur, & Beta, & Grae-
cis ipsis dicendum, ut Nos dicimus, non Al-
pha, & Vita. id quod ex Hebraeis acceptum
est; qui, Aleph, & Beth, non Vith dicunt. Sed

de

de his in Fragmentis nostris longe plura. Vbi
etiam T, K, A, N, sequente I, uel T, uel E; uel
O, perperam a Graecis nunc pronunciari, os-
tendimus; sicut apud Nos, & diphthongos
omnes, & C, & G, sequente I, uel E, & Ti, se-
quente uocali

FINIS

SERIES. CHARTARVM

A B C D E F G H I K L M N

O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk

Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss

Tt Vu Xx Ty Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd

A B C D E F G H I K L † ††

Omnes sunt quaterniones